

ANNO DOMINI CDLX.

# EUDOCIA IMPERATRIX AUGUSTA.

## NOTITIA.

(*Anecdota Graeca et Latina ex mss. codd. bibliothecæ Mediceæ, cura et studio Ang. Mar. Bandini, bibliothecarii regii. Florentiæ typis Cæsaris, 1761, in-8. vol. I-II.*)

Eudocia, Leontii, philosophi Atheniensis, filia, cum Theodosio juniori imperatori nupsisset, in bapti-  
suatis lavaero hoc nomen ab Attico episcopo accepit, cum antea Athenais vocaretur. Anno 432 a  
Theodosio renuntiatur Augusta, eamque ob singularem pudicitiam et egregiam formam plurimum dilexit  
usque ad annum 443, quo violatæ fidei et adamati nimium Paulini, ex levissima quidem causa, in  
suspicionem imperatoris adducta est. Quare Eudocia, suæ conscientia integratatis, secessit Hierosolymam, ubi  
ecclesiis ædificandis ac pauperibus sublevandis per multos annos incubuit. Cum vero sacris evolvendis  
Scripturis atque meditandis plurimum delectaretur, ac poetica facultate excelleret, ut videre est apud  
Socratem lib. vii, c. 21; Zonaram t. III, p. 57; Evagrium lib. xx; Theophanem pag. 72. *Chronic. Ale-  
xandrinum* p. 312 seq. Photius Constantinopolitanus patriarcha memorie prolixit cod. CLXXXIII suæ  
*Bibliothecæ*, eam heroico carmine scripsisse metaphrasim Octateuchi, sive librorum quinque Moysis, Josue,  
Judicum et Ruth, de qua judicium suum profert his verbis: « Inscriptio codicis ab Eudocia elabora-  
tum hoc carmen affirmabat, quod, tum quia mulieris, et quidem in imperio deliciis affluentis, tum quia  
præclarum adeo est, admiratione sane dignum judicatur. Etenim illustris est hic labor, ut in heroico  
carmine, si quis unquam alias. » Subjungit, ipsam legibus artis cæteroqui instructissimam, hoc tamen  
uno ab iis defecisse, quod fabulas in eo nullas immiscuerit. Quare hoc majori nobilissimæ feminæ laudi  
dandum est, quod vatum quidem elegantiam, amandatis fabulis, imitari Christiana veritate et simplicitate  
voluerit. In hac præterea metaphrasi ita religiose sacrum textum expressisse Eudociam idem Photius te-  
statur, ut « sensum, nihil diffundendo aut contrahendo, proprietatem servaret assidue, et in verbis,  
quoad ejus fieri potuit, proxima quæque atque simillima confirmaret: » adeo ut pro legitimis librorum  
sacerorum versionibus haberi possint. Præterea cod. CLXXXIV memorat metaphrasim ejusdem non absimi-  
lem prophetiarum Danielis et Zachariæ, et historiam Cypriani martyris (illius cuius pœnitentia, sive con-  
fessio legitur in calce edit. Cypriani Operum Oxoniensis), a magicis artibus et idololatria ad Christi fidem  
conversi, et Justinæ virginis, libris iii. Poema tandem heroicum in victoriam a Theodosio conjugé ex  
Persis feliciter reportatam, ascribit illi Socrates lib. VII *Histor. eccles.*, cap. 21: « Cum ergo tam illustris  
victoria divinitus data esset Romanis, multi præstantes eloquentia viri in laudem imperatoris panegyricas ora-  
tiones conscriperunt, easque publice recitarunt: ipsa quin etiam imperatoris uxor heroico versu poemata  
composuit. » Quamvis autem nemo illorum mentionem faciat editorum ab illa *Homerocentonum de Vita  
Christi*, quemadmodum nec Nicephorus lib. XIV, 23, Joannes tamen Tzetzes *Chiliad.* x, Histor. 306, negat  
se Eudociæ Octateuchum, et reliqua poemata nancisci unquam potuisse; se duos tamen ejus libellos car-  
mene scriptos legisse testatur, *Homerocentones*, et Zachariæ, ac Danielis metaphrasim; de quibus omnibus  
vide Jo. Alb. Fabricium. *Bibl. Græc.* t. I, p. 558 [ed. nov. p. 558] et alibi. Hujus itaque celeberrimæ  
feminæ elegantissima poemata teste Fabricio l. c. ab eruditis adhuc desiderata sunt, cum *Homerocentones*  
qui sub ejus nomine circumferuntur potius sint patricii, vel Eudociæ junioris, sœculi xi. sive Eudociæ,  
quæ Zœs soror, et Constantini imperatoris, Basilii Bulgaroctoni fratri filia fuit.

Tandem Eudocia, ut vult Caveus, in mariti gratiam rediit, cum quo deinceps pacifice vixit. Illo tamen  
morte sublato, Palæstinam repetens, quod supererat vitæ pio otio dicavit, ibique anno 460, Marciano im-  
perante, diem ultimum clausisse refert Sixtus Senensis *Biblioth. sanctæ* lib. iv, pag. 227, Paris, edit.  
 anni 1560. Cumque teste Evagrio Scholastico lib. I *Histor. eccles.*, capp. 20-22, muros Hierosolymitanæ

urbis instaurasset, templum splendore ac pulchritudine eximum primo omnium diacono ac martyri Stephano ædificasset, in eo postmodum deposita est.

Nobis itaque contigit in recensendo antiquissimo codice x, plutei VII, in quo omnia S. Greg. Theologi Carmina, et Nonni Panopolitæ in Evangelium S. Joannis Metaphrasis continentur, hanc pretiosissimam geminam eruere. Dum enim singula codicis, prout instituti nostri fert ratio, cum editis conferremus, post vers. 692, Nonniani poematis, alia ab eadem scriptoris manu, ab eo argumento toto cœlo aberrantia, interserta animadvertisimus, quæ sedulo perpendentes, tandem summa animi voluptate conuperimus partem esse poematis, de martyrio S. Cypriani a doctissima Eudocia conscripti. Quod cum pridem perditum sit, superstites has veluti miserrimi naufragii tabulas, omnium primi, in propatulo collocare, publicæ studiosorum utilitati gloriamur. Incredibilem adhibuimus diligentiam, ut tam insigne monumentum ex minutissimis atque evanidis plerumque litteris erutum Latini Musis majori qua posset fide et elegantia reddeatur (qua quidem in re tot tantisque difficultatibus obsita, nobis præsto fuit optimus, ac præstantissimus juvenis Ant. Sartius, Græcis Latinisque litteris egregie excultus, familiaris noster, ac studiorum indefessus adjutor), hæc tentamina aliis, quibus majus suppetit otium, ac mitiores sunt Musæ expolienda relinquentes.

Præter ea quæ de S. Cypriani vita et martyrio apud Theodorum Ruinartum habemus in Actis martyrum, possunt et alia multa proferri quæ de ejus laudibus SS. Patres conscripserunt. Præ omnibus in eo laudando excelluit S. Augustinus, qui sermones quinque ad populum Carthaginensem habuit novæ edition. serm. 309 seqq., homiliae duas de eo edidit S. Maximus Taurinensis, unam Petrus Chrysologus. De eodem egregium recitavit sermonem S. Fulgentius Rusensis episcopus. Nec prætereundus Græcos inter Patres Gregorius Nazianzenus. Verum in ejus de S. Cypriano oratione illud est incommodi, quod magnum Cyprianum Carthaginensem episcopum confundat cum alio Cypriano, qui ex mago Christianus factus, cum Justina virginе, quam veneficiis corrumpere frustra tentaverat, martyrium Nicomediae sub Diocletiano subiisse fertur. In eumdem impegi scopolum videtur Prudentius in hymno de S. Cypriano, et Eudocia Augusta, ut ex Photii testimonio, et ex hoc ipso poemate videre est.

Photium tandem ipsum audiamus, qui in cit. cod. clxxxiv totius Eudociae poematis argumentum, seu minus minutissimam analysis assert, ex qua unusquisque, unde fragmentum hoc a nobis prolatum, initium ducat, et ubi desinat, facillime poterit intelligere. Photii verba sunt ista :

« Hoc ipso item volumine continebantur, simili versuum forma conscripti, libri tres in laudem B. Cypriani martyris : ostendebantque vel ipsa carmina, ut liberi matrem solent, hunc quoque Augustæ partum esse legitimum. Primus horum liber res B. Justinæ martyris persecutus, ut in Christianorum illa numerum adoptata, parentes quoque suos ab idolorum cultu ad veri Dei cultum transtulerit : utque amore quidam ejus captus, frustra illa sollicitata, ad Cyprianum magicis deditum artibus se contulerit, rogans perdite amanti succurrat, ac puellam sibi obsequentem reddat. Addit Cyprianum omnes magicæ artis rationes incassum tentantem, violentissimos quosque ac perniciosissimos dæmones oppugnandæ virginis castitati innisisse : hos vero pudore suffusos, victosque sacrosanctæ crucis signo, rejectos fuisse, ut ex illis ipsis cognorit. Quare propensum suum in improbos illos spiritus animum deposuisse, omnesque adeo magicos libros flammis tradidisse. Christiana denique fide imbutum, mox etiam baptizatum esse, ac templi janitorem constitutum. Quin et charismatum dona a Deo accepisse, itaque morbis alios, alios dæmonibus liberasse, donec tandem archiepiscopi quoque dignitate ornaretur. Et hæc quidem liber habet primus.

« Secundus deinde, dum a capite paulo altius res Cypriani arcessit, ipsummet narrantem inducit, suum jam hinc a pueritia in idola studium, cultumque dæmonum, et descendæ magicæ artis cupiditatem, atque eam. Quenam deinceps alia de herbarum variarum stirpiis atque animantium natura didicerit, utque varia etiam dæmonum ludibria viderit. Quomodo item Athenis Argos, indeque in Phrygiam profectus, dæmonibus ubique sacrificus constitutus fuerit, ac multam magicæ artis exercitationem collegerit. Pergit adhæc narrare, ut in Ægyptum eorumdem causa venerit, atque ad Indos accesserit, quæque ibi inopinata, et valde absurdæ, eum alia, tum simulacra viderit atque observarit. Addit se, cum tricesimum jam aetatis annum attingeret, ad Chaldæos venisse, eorumque litteris institutum, astrologiam accurate perdidicisse, quæque alia cognitu digna apud illos viderentur. Omnia tandem hæc vidisse refutata, quando stulto, seu potius animis perniciose labore hisce artibus impenso, a Justina martyre repulsus est. Comme morat item hic nonnulla, quibus alium se ipse interdum magicis artibus exhibuit, aliosque interdum transformavit : utque a dæmonum cultu discedens, cacodæmonem minitantem, et ad desperationem usque territatem senserit, ac quomodo horum sit metu liberatus, cum in pius virum incidisset, cui Timotheo nomen. Quomodo præterea Antiochiae apud frequens auditorum narraverit, nefanda multa se ac prodigiosa effecisse, quibus homines ita decipiebat, ut pro Deo ipsum haberent. Lacrymis itaque ac luctu genas ob hæc humectantem, ex memoria improborum facinorum in salutis desperationem iterum delapsurum fuisse, nisi Eusebius quidam, optimus ad pietatem et pœnitentiam dux, sacre Scripturæ alloquii sacrisque narrationibus, de-

sperationis nebulam dissipans, claræ spei radiis eum illustrasset, et in domum suam deductum cibum capere jussisset, trium dierum inedia jam maceratum. Refert item, ut in sacrum ab illo templum fuerit adductus, et sua ipse manu coram multitudine magicæ artis suæ libros allatos flammis tradiderit, ac bona insuper sua pauperibus distribuerit, atque ad Christianorum inde cœtum aggregatus sit. Eusebius autem hic, ait, sacerdotii dignitate exornatus erat. Accedit quomodo Aglaidas, gravis ille Justinæ processus, cum voti compos factus non esset, bona quoque fortunæ pauperibus omnia erogaverit, et dæmonibus tanquam deceptoribus nuntio remisso, Christianis sese sacris addixerit : in quo secundi libri finis est.

¶ Tertius denique martyrium complectitur B. Cypriani, et claræ virginis Justinæ, qui Diocletiano et Maximino Romæ imperantibus, morte testimonium dixerunt fidei. Una enim ad martyrii lauream abrepti sunt; Cyprianus quidem ex patria et urbe Antiochia, cuius etiam archiepiscopatum post Anthimum administrarat : Justina vero Damasco : ibi enim illa, postquam Antiochia migrarat (quæ et ipsa virginis patria erat) palam Christum professa est. His ita captis, cum impii ille hominis sermonibus nihil moveretur, vineulis in sublime rapti latera raduntur ; hæc autem boum nervis cæditur. Verum ubi nihil illi de constantia remittere tyranno videntur, in custodiam eos seorsum reductos compingit. Unde post evocatos, cum verbis frustra tentasset, in æream sartaginem (pice, adipe, ac cera in eadem simul mistis, multoque igne accenso) martyres Dei conjectit. Ibi cum athletæ illi fortiter in cruciatibus perdurarent, ac potius velut in rore Deum, quod tormentis superiores evasissent, læti laudarent, Athanasius quidam miser; dæmonum sacerdos, B. Cypriano antea perfamiliaris, et assessor tum forte judicis tormenta inferentis, mentis cæcitatem corruptus, ausus est, deos suos familiares invocans, in ignem quoque ingredi ; sed dum miraculum extenuare nititur, si et ipse sine noxa ibidem perduraret, magis illud auxit. Confestim enim ab igne absumptus in cinerem versus est. Hæsitans ergo judex, decrevit martyres ad Diocletianum mittere, et ad eum, tum quæ pertulissent tormenta, tum quemadmodum pœnis essent omnibus superiores, prescribere. Quæcum imperator Nicomedæ intellexisset, præcipit martyres ad vicinum urbi flumen, cui Gallo nomen, capite truncari. Cum his, et eadem ipsa hora Theoctistus martyrii palmam accepit, pietatis suæ hoc solo dato indicio, quod martyrem Christi salutasset. Reliquias istorum sanctorum nautæ quidam Roma eo nuper delati, quibus et Theoctistus martyr usus fuerat familiariter, clam custodibus abstulerunt, Romamque vexerunt, ubi et pulchrum ipsis templum Claudi foro proximum excitatum, opera Ruſinæ piæ matronæ, quæ generis stirpem a Claudio imperatore repetebat. Et hæc quidem libro tertio. » Hucusque Photius.

## ΕΥΔΟΚΙΑΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΠΡΙΑΝΟΥ ΒΙΒΛΟΣ ΠΡΩΤΗ ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

## EUDOCIAE AUGUSTÆ DE SANCTO CYPRIANO LIBER PRIMUS INITIO MUTILUS.

Omnis at juvenes dictis dimisit acerbis,  
Christum induita ducem, soli cui nupserat illa,  
Hic vero magnam templi ad subsellia turbam  
Cogit, vique bonam tentat violare puellam.  
Quotquot erant illi comites ad sidera voces

Α . . . . .  
Πάντας δ' ἡθέους κεν ἀταρτηρῶς ἀπέπεμπεν,  
Ως Χριστὸν μοῦνον μυηστὸν θεμένη τὴν ἀνακτα.  
"Ος δὲ λεών συναγείρας ἀνακτορίους κατὰ θώκους  
Πρός φα βίην ἐθέλησεν ἀγαυὴν παιδα μιῆναι.  
"Οσσοι ἐπετέωνθ' ἄμ' αὐτῇ αἰπὺς βόησαν .

Vers. 5

Πάντες δ' ἐκ θαλάμων σὺν τεύχεσιν ἔσσεύοντο,  
Τεῦξαν δ' Ἀγλαῖδας νέήλυθας εἴθαρ ἀστους.  
Αὐτὸς δ' ἐν κραδίῃ φι φέρων δλον ἔνδον ἔρωτα,  
Πληγεῖς, εὗτε μύωπι, λαθών, πηγύνετο κούρην.  
· Ή δ' αἷψα Χριστοῦ κρατερήν σφρηγίδα τέλεσσεν,  
· Ρίψεν δ' ὑπτιον εἴθαρ ἀναιδέα, χεροὶ δ' ἔθρυψε  
Μορφὴν Ἀγλαῖδαο, καὶ σύλοχόμους γε παρειάς,  
· Τῆξεν δ' εἴματα καλὰ, δλοις δ' ἀπέδειξε γέλωτα,  
Θέλης ἀντιθέτης τὸν ὄμδον δρόμον ἔκτελέουσα.  
Καὶ τὰ μὲν ὡς ῥέξαται Θεοῦ πάλιν ἥλθεν ἐς οἴκους,  
Αὐτὰρ δ' χωρίμενος κακοεργέα λίσσετο φῶτα,  
Διυτεῖνος μαγίης ὑποθήμονα Κυπριανόν γε  
Καὶ οἱ ὑποτχόμενος δοιά κρυστοῖο τάλαντα,  
Λαμπροῦ τ' ἀργυρίοιο, ὅπως πείσειν ἀνάγκη  
Παρθένον οὐκ ἔθέλουσαν ἐπινεῦσαι φιλότητα,  
Οὐ δεῖχώς Χριστοῦ κρατερὸν μένος ἀκαμάτοιο.  
Οἰκτείρας δὲ μάγος διερὸν βροτὸν, ἐξ ἐπαοιδῆς  
Κίκλησκεν κακεπόν κακοεργέα δαίμονα φίμφα.  
· Απτερέως δ' ἔλθων, Τί μ', Εφη, καλέεις; ἀγόρευε.  
· Ος δ' ἔφατ· Αἰνῶς μοι κούρης μιῆς Γαλιλαῖης  
· Ητορ ἔρως ἐδάμασσε · σὺ δ' ἔννεπε, εἴ τέ μιν αὐτὸς  
Λέκτροισιν δόμεναι κρατέεις · αἰνῶς ποθέω γάρ.  
· Αφρων δ' ἀντιπαλος δώσειν κατένευσεν ἀελπτα.  
Κυπριανὸς δ' αὖθις γε παλαμναῖον προσέειπεν ·  
· Εννεπέ μοι τεά ἔργα, ὅπως φρεσὶ θάρρος; ἔχοιμι.  
· Ος δ' ἔφατ· Αγγελικῶν στιχέων πάρος ήτα φέριστος,  
· Άλλα γ' ἐμῷ γενετῆρι πεπιθυμένος, ἔλλιπτον ἀνακτα  
· Επταπόλου σφαίρης τὸν ὑπέρτατον · ὅσσα δ' ἔρεξα  
Εἰδῆσεις · ἔρέω δέ · Πόλου καθαροῖο θέμεθλα  
Ταῦτας ἐμῇ κακίῃ γε διάνδιχα θήκατα ρέξα,  
Καὶ στίφος οὐρανίων ναετῶν ἐς γαῖαν ἔριψα.  
Μητέρα δ' αὖ μερόπων πάλιν ἡπαφον Εὔαν, ἀνάγκῃ  
Νοσφισάμην δ' "Αδαμον πολυγγένεος ἐκ παραδείσου  
Καὶ Καΐνου παλάμην γνωτοκτόνον αὐτὸς ἔτευξα  
Αἴματι γαῖαν ἔδευσα · ἀκανθώδη δ' ἀναθάλλει  
Καρπὸν ἀεικέλιον μερόπων γένει εἶνεκ' ἐμεῖο.  
· Εχθρὰ Θεῶν συνάγειρα θεήματα, καὶ κλοπίας δὲ  
Εύνας ἔγων ἐτέλεσσα · σεβίζεσθαι δ' ἀμενηνά  
Εἴδωλα βρότεον νέον ἡπαφον, ἥδε θυηλᾶς  
· Ανθρώπους ρέζειν βλοσυρῷ κατεμήνυσα ταύρῳ.  
Αὐτὸς καὶ κρατέοντα Θεοῦ Λόγον, Υἱὸν ἀναρχον,  
· Εν σκόλοπι τανύσαι μαλερῷ σοθαροὺς δρόθυνα.  
· Λαστεα συγχλονέω, καὶ τείχεα κάββαλον αἰπά ·  
Πολλοὺς δ' ἐξ ἔριδος θαλάμους ἐδόνησα χορεύσας.  
· Άλλα γε δὴ τάδε πάντα κακὰ καὶ ἀπείρονα τεῦξας,  
Πῶς τῆσδ' ἡθέου μεγαλόφρονος οὐδὲ τυχήσω;  
Κυπριανὸς δ' ἔνεπεν κακοτερπέτ δαίμονι λυγρῷ.  
Τήνδε λαβὼν βοτάνην κύκλῳ θαλάμου κατάδευσον  
Κούρης αἰδέσιδος · ἀτὰρ ὕστατος ἔξομαι αὐτὸς,  
Καὶ νόον ἐνθήσω κραδίη πατρώιον αὐτῇ.  
· Ή δέ σοι ἐλδομένῳ μάλα πείσεται: ἔμπερ ὄνειρῳ.  
Παρθένος ἡθεος δὲ τότε εἶδος ἔχουσαν ἐπὶ γαῖης  
· Ωρη νυκτελίῃ τριτάῃ μέλπεν Θεὸν ἥμν.  
· Άλλ' δτε δὴ πραπίδων μέσσον πελεμίζετο κούρη,  
Ἐν φρεσὶν ἥσι γόησεν ἀτασθαλίην κακοεργοῦ  
· Ημιτόμους πρησθεῖσαν δφρεῖς πυρί · θάττον ἀνακτα

**A** Tolleret, et armati thalamis prorumpere cuncti,  
Aglaidæque novam confestim pellere gentem.  
At miser inclusum servans in pectore amorem,  
Percussus, tanquam cæco latitaret, amatæ  
Virginis amplexus petiit; quæ protinus almæ  
Signa crucis faciens, audentem turpia longe  
Projecit juvenem resupinum, aptoque comantes  
Crine genas manibus fœdans vultumque, decoras  
Abscidit vestes, cunctorumque ora resolvit  
In risus, Theclæ divina exempla secuta.  
Hæc ubi facta, Dei rursus secessit in ædes,  
His super accensus, pravum magicaque potentem  
Advocat arte virum, Cyprianum nomine, supplex,  
Binaque promittens auri argentique talenta  
Hortatur, charæ renuentia corda puellæ  
**B** Cogat flagranti tandem concedere amoris,  
Ignorans, Christi virtus quam nescia frangi.  
Tunc magus Aglaidæ sortem miseratus iniquam,  
Evocat actutum tenebrosum dæmona cantu.  
Adveniens subito, Quid vis? ait ille, profare.  
Qui magus hæc: Nostrum Galilææ virginis ardens  
Vicit pectus amor: thalamis hanc tradere nostris  
Dic, tibi num liceat, namque est mihi magna cupido.  
Annuit huic dæmon temere insperata daturum.  
At magus hæc contra sceleratum, Nunc tua, dixit,  
Facta doce, nostræ ut subeat fiducia menti.  
Tunc ille: Angelicæ fueram prius ipse cohortis  
Optimus; inde mei genitoris jossa secutus,  
Regem, qui coeli septem supereminet orbes,  
Deserui: quæ tunc egi nosces modo, singula namque  
**C** Promere fert animus. Puri fundamjua cœli  
In partes disessa duas me auctore maligno,  
Atque cohors superum in terram dejecta colonum.  
Inde meis rursus decepta est fraudibus Eva  
Primiparens, lætisque procul migrare viretis  
Jussus Adam, dextraque Cain mactatus Abelus  
Cæde madet tellus; hinc duros horrida sentes  
Me propter, vilesque homini parit undique fructus.  
Ipse inimica Deo spectacula tetra coegi,  
Et fortiva toris alienis semina fudi:  
Vanaque mortales colerent idola recentes,  
Ac torve ferrent tauro libamina, suasi  
Consiliis egique meis: Verbumque supremum,  
Æternam sobolem, dira trabe ligere adegi.  
Per me commotæque urbes eversaque ceisa  
**D** Mœnia, multorumque toros discordia gauden  
Turbavit: totque ipse malis aliisque peractis  
Millibus, audacem dubitem captare puellam?  
Tum monstro magus hæc tristique malisque fruenti,  
Hoc cape gramen, ait, circumque asperge cubile  
Virginis intactæ, veniensque novissimus ipse  
Injiciam patrios ima in præcordia sensus;  
Illa tibi multum optanti per somnia cedet.  
Virgo bonum interea, cum tertia noctis adesset  
Hora, Deum, terræ vultum demissa, canebat.  
Cum subito concussa gravi præcordia motu  
Sensit, nequitiamque mali semiusta gerentem  
Igne supercilia agnoscit. Regem illico tota

Mente petens, votisque vocans, membra omnia signo  
Muniit illa crucis, clamansque his ora resolvit :  
Summe Deus, qui cuncta regis, quo intacta parente  
Edita progenies, Christus, qui in Tartara missum  
Horrendum obscura religasti sede draconem,  
Humanumque genus servasti compede rupto,  
Qui manibus cœlum stellis ardentibus aptum  
Extendens, medium super humida tergora terram.  
Firmasti, qui solis equis ignita dedisti  
Lumina, noctivagæ formans juga candida lunæ :  
Quo satus, atque tua donatus imagine quoadam,  
Et paradisiaco satiari dulciter horto  
Jussus homo, qui huic horrendi fraude colubri  
Deceptio, arboribusque sata regione fugato  
Ferre iterum voluisti animo miserante salutem,  
Illiū atque tuo sanasti vulnera ligno,  
Propellens cunctos Christi cognomine morbos.  
Quem propter genitrix hominum comparuit omnis  
Tellus, extensem est cœlum, firmataque terra,  
Undique effusæ : at solum te cuncta prementem  
Imperio noscunt rerum fundamina Regem.  
Adsis, atque tuam famulam tueare potenti  
Consilio, ne me vincat deriser iniquus :  
Incorruptorum nam te, faber alme, juvante,  
Virgineum cupio æternum servare pudorem.  
Seilicet ex animo dilexi te, optime Jesu,  
Ac multum celebrande Deus : namque ignea amoris  
Flamma tui succensa, meoque est indita cordi.  
Ne famulam, ne, quæso, tuam adversantib; iniqui  
Dæmonis invisa subigi ditione, tuamque  
Permittas unquam legem violare, Beate :  
Sed nunc tolle vagum, mendacem, fœda loquentem.  
Hæc ubi dicta dedit, divino protinus ipsa  
Arnavit corpus signo, Christique vocato  
Nomine, deformem visu, turpemque fugavit,  
Ac penitus spretum projicit dæmona longe.  
Ille autem multo suffusus corda pudore  
Astitit ante magum, quærentique, est ubi virgo,  
Nam te huc actutum jussi deducere? clare  
Cuncta docens, ait, ulterius ne quare; tremendum  
Namque videns signum tremui formidine totus.  
Subrisit, rursusque alium Cyprianus iniquum  
Dæmona, Thessalica confusus in arie vocavit.  
Adfuit hic, jussusque tuos, et inertia novi  
Corda, ait, alterius; meque huc pater ipse dolenti  
Ferre tibi auxilium misit. Nec plura locuto  
Sic magus exultans : Hæc jam medicamina, dæ-  
[mon],  
Accipe, et intactæ totas line virginis ædes.  
Ipse sequar, primisque, reor, congressibus illam  
Seducam. His dictis abiit mandata facessens.  
Nox erat, et Regi veneranda puella supremo  
Mittebat de more preces, sic ora resolvens :  
Corripui corpus media de nocte cubili,  
Justitiam ante tuam, Rex inelyte, judiciumque  
Verum, cuncta meæ fassura piacula vitæ.  
O qui cuncta creata regis, miseraris abunde,  
Ætheriis leges ponis, cœlestia firmas,

A "Eγνω, τὸν ποθέεσκεν, ἀτάρ σημήνατο χειρὶ<sup>1</sup>  
Σταυρῷ πᾶν δέμας· αἰψία γεγωνήσασα δ' ἔειπεν·  
Πάντων δεσπόζων, Θεὲ κύδιμε, παιδὸς ἀχράντου  
Ἴησοῦ Χριστοῦ γενέτωρ, δις ταρτάροεντα  
Αἰνοπέλωρον δφιν ζοφεροῖς ἐπέδησας ἐν αὐλαῖς,  
Οὓς δὲ πέδαις ζώγρησεν, ὅλους κύδιστ', ἐσάωσας,  
"Ος πόλον ἀστερόεντα τανυστάμενος σέο χειρὶ,  
Γῆν δὲ μέσον γάξος νοτίοις νάτοισιν ἔρεισας,  
"Ο φλογερὰς δαῖδας πώλοις Τιτᾶνος ὄπασσας,  
Μήνην ἀργεννὴν δὲ βοάσυγα νυκτὶ τέλεσσας,  
"Ο βροτὸν ἀνδρα τεῇ μορφῇ τεῦξας πανόμοιον,  
"Ον παραδεισάδος καλιῆς κορέσσασθαι ἀνωγας,  
Θηρὸς δ' αἰνοτάτου ὄφεως ὑποθημοσύνησιν  
Εὔδενδροιο πέδοιο λικτέντα πάλιν αὐτὴς  
Διζόμενος ἐσάωσας "Αναξ, ἐλεήμον! θυμῷ,  
B Κείνου δὲ σκόλοπι πληγὴν τεῷ ἐξακέσσο,  
Χριστοῦ ἐπωνυμίῃ πάντ' ἀλγεα τοῦδε καθήρας·  
Τοῦδε γάρ εἴνεκα πᾶσα φαίνεται ἀνδροφόρος γῆ,  
Οὐρανὸς ἐκτετάνυσται, ἀτάρ χθὼν ἡρείρισται,  
"Υδατα δὲ προχέονται· ὅλη δὲ σε μοῦνον "Ανακτα  
Βαλβίς παντομέδοντα ἐπίσταται· ἐλθὲ, σάωσον  
Σῆ κρατερῇ βουλῇ δμωὴν σέο, μηδέ με δεινὸς  
Μῶμος νικήσῃ· σεῦ γάρ χάριν, ἀφθιτοεργὲ,  
"Ηνεκέως μενέμεν ἐθέλω μάλα παρθένος ἀγνή.  
Κηρόθι γάρ σε, φέριστε, λίην ἀγάπαζον Ἴησοῦ,  
Δέσποτά μευ πολύσινε· σὺ γάρ πυρσὸν φλεγέθοντα  
Σεῖο ποθῆς πύρσευσας, ἐμῷ δ' ἐνεθήκαο θυμῷ.  
Τῷ νῦν μήποτε σῇ δμωὴν δαμάσῃς ὑπὸ χείρα  
"Αντιθίου, στυγεροῖο, ἀθετμίου, ἀντιθέοιο,  
C Μηδὲ παρεξελθεῖν με, Μάκαρ, σέο θέσφατ' ἐάσῃ,  
"Ἄλλ' ἀπάλακτ' ἀλάτην, συνθήμονα, αἰνοσοφιστήν.  
"Ως δὲ μὲν τὰ ἔκαστα πιφασκομένη, ἐδυ αἴψα  
Σῶμα Θεοῦ σφρηγῖδι κεκορυθμένη, βδελυρωπὸν  
Αὐτίκα δαίμονα σεῦ" ἐν ἐπωνυμίῃ Χριστοῖο,  
Καὶ τὸν μὲν προέτην ἀτίμητον μάλα πάγχυ.  
"Ος δὲ σὺν αἴσχεῃ πολλῷ ἔβη κατενῶπα μάγοιο.  
Δαίμονα Κυπριανὸς δ' εἰρώτε· Ποῖ πέλει αὖτη,  
"Ην σοι ἐγὼ κελόμην δεῦρ' ἀξέμεν ὅττι τάχιστα;  
"Ἐννεπε δ' ἀντίπαλος σάφι πάντα· Μήτι μετάλλα;  
"Η γάρ ἐγὼ φοβερὸν περιδεῖδια σῆμα νοήσας.  
Μειδήσας δὲ μάγος, χαλεποῖς ἔργοισι πεποιθὼς,  
Κίκλησκεν πάλιν ἄλλον ἀταρτηρὸν Βελιαρον.  
Κυπριανῷ δ' ἀγόρευε· Μάθον καὶ σεῖο ἀνωγήν,  
D Καὶ τοῦδε αὖ κακότητα· δθεν γενέτης μ' ἀνέπειρο  
Σῶν ἀχέων ἐπαρωγόν. "Ο δ' αἴψα μάγος κεχαρηώς  
"Ἐννεπε· Τῇ τίδε δαίμον, ὅλον δῶ παρθένου ἀγνῆς  
Φεργάκι· ἐγκατάδευσον· ἐγὼ δ' ὄπιθε, σέο βαῖνω,

Πείσειν δ' αἴψ' δῖω μιν. "Ο δ' ψήστε. Σεπτοτάτη δὲ  
Παρθένος αἰδοίῃ νυκτὸς κατὰ μέσσον "Ανακτα  
Εύχωλὴν ἀνέπειρο, τάδε ἐκ στομάτων προΐσσει·  
Μεσσατίην κατὰ νύκτα ἐμῶν λεχέων ἀνδρουσα  
"Εξερέειν, κύδιστε, ἀμαρτάδας, ἀπειρ ἔτευξα,  
Εύδικής κατενῶπα τεῆς, κρίσεως δὲ τ' ἀληθιοῦς,  
"Ω κρατέων γενετῶν, ἐλεητύος ἀψθονε δωτήρ,  
Αιθερίων νομοδῶτε, καὶ οὐρανῶν ἐπίκουρε,

"Οὐ γαίη τρομέι, καὶ ἀντιθέου ὀλοφεῖ  
"Ος μένος αἰσχίστως δλεσας γενέτου· Ἀθραῖμ δὲ  
δεξάμενος θυσίην ὥσει μεγάλην ἔκατόμβην·  
"Ος Βῆλον κατέριψας, ἐπὶ τε δράκοντα κατέκτας,  
Καὶ διὰ τοῦ θεράποντος ἑῦσεβίος Δανιήλου  
Περσῶν ἔθνεα πάντα τεὴν θεότητα διδάξας·  
"Ος διὰ τηλυγέτου Χριστοῦ σέο Παιδὸς ἀπαντά<sup>1</sup>  
Εὖ διεκόσμησας, καὶ ἐν χθονὶ φέγγος ἀναψας·  
"Ος νέκυας μετὰ πότμον ὑπότροπον ἐς φάσις ἤξας,  
Λίσσομ", "Αναξ, σέο, μή με κακοῖς ἐπιθῆμεν" ἔαστης,  
"Ἄλλα γ' ἐμεῖο φύλαξον, "Αναξ, δέμας αἰὲν ἀπῆμον.  
Δαιδάλος παρθενίης γε παράσχεδ μοι ζείουσαν,  
"Οφρα σὺν ἡμετέρῳ μνηστῷ νυμφῶνα κατεῖδω  
Χριστῷ, συνθεσίας δ' ἀποτίσομαι ἄπερ ὑπέστην.  
Αὐτοῦ γὰρ κράτος ἐστι, γέρας θ' ἀμα κύδει· Ἀμφγ.  
"Ως δη μὲν τὰ ἔκαστα λιτάζετο, αὐτὰρ ὁ δαιμων  
Ἐλνεχ' ἀγηνορίης σὺν δίσχει φεῦγε κατηφῆς,  
"Ελθὼν δ' ἀντα μάγοιο παρίστατο. Κυπριανὸς δὲ  
Εἱρετο· "Εγναπε, δαιμον, ὅποι πέλει ἦν κελόμην σε  
"Αξειν παρθενικήν; Ο δ' ἀμείβετο, "Η μάλα δή με  
Νίκησεν κρατερῶς σημῆτον, ὅττι δέδορκα  
Φρικτὸν ἄδην πάντεσσιν, ὑπέρδιον, οὐχ ὑποεικτόν.  
Αὐτὰρ δὲ Κυπριανὸς κάλεσε κρατερώτερον ἄλλον,  
"Ος πάντων ἡνασσε, καὶ δη γενέτης μελανωπῶν.  
Τῷ δ' ἔφατ· Οὐτιδανὸς σὺν πέλων ὑπέρειξας ἀφαυρέ;  
"Ος δέ γε θαρσαλέως ἀπαμείβετο· "Ἄρτι κομίζω  
Κείνην παρθενικήν σοι, ἔτοιμότατος δὲ μάλ' ἔσσο.  
Κυπριανὸς δ' ἀπάμειπτο· "Εμοὶ σημῆτον εἰπὲ,  
"Οτει τελεσσάμενος νίκης ἔντοσθε γένηται.  
"Ος δ' ἔφατο· Πρῶτον κλονέω μέλεα πυρετοῖσιν.  
Αὐτὰρ ἐπεὶ μετὰ ἔκτον ἐγών ήμαρ πάλι κείνην  
Θαυμῆσας κατὰ νύκτα ἐτομοτάτην σοι ἀγεινῶ.  
Καὶ δὲ ἐλθὼν ἀσύφηλος ἐπιστάς παρθένῳ ἀγνῇ,  
Παρθενικῆς ἐτέρης εἶδος, καὶ εἴμαθ' ὅμοιος,  
Ἐν λεχέεσσι καθῆστο, δόλῳ δ' ἀνενείκατο μῆθον.  
"Πλθον ἐγώ μετὰ σεῖο ἀπ' αὐτῆς τῆσδέ κεν ήσους  
Παρθενίη ἐρατῇ ἐπιτερπομένη, ἐπεὶ δη με  
Χριστὸς ἄναξ προΐηλεν, ὅπως κέ με ὕδε τελέσσῃ.  
"Άλλα, φίλη, τόδε λέξον ἐμοὶ, πόσον ἔστιν ἔκαθλον  
Παρθενίης ἐρατῆς, καὶ μισθὸς δοσος πετάγυσται:

Καὶ γὰρ δὴ σ' ὁρών ἀλιθάντεσιν εἴκελον ὕδε  
Αὔσταλένης βιοτῆς, καὶ ἀνιχμοτάτοιο τραπέζης.  
Παρθένος αἰδοίη δ' ἀπαμείβετο· Οὐτιδανὸν μὲν  
"Αὐλοθέτημα πέλει, μείζων δέ τε μισθὸς ὀπηδεῖ.  
"Ὕδε δ' αἰσυλόμητις ἔφη· Οὐ παρθένος ἦσεν  
"Ἐν παραδεισιάδος δαπέδῳ Εὔη σὺν Ἀδάμῳ.  
"Άλλ' ἐπεὶ ὑστατίσαι χρόνοις μίχθη λεχέεσσι  
Πρωτογόνου Ἀδάμου, παῖδων μήτηρ ἀνεδείχθη,  
"Ἐνθεν σπέρμην γενεὴν πάντων μεροπήνων,  
"Ἐσθλὰ δὲ πάντ' ἔμαθεν. Τότε δὴ τότ' ἔμελλεν Ιούστα  
Δαιμονι πειθομένη θυρέων ἔκτοσθε γενέσθαι.  
Γηθῆσας δ' ὁ ἄλαττος ἔθη παιδὸς πάρος ἔξω.  
"Η δὲ ὡς οὖν ἐνήσει δόλον διοσφρονος ἔχθροῦ,  
"Αψὲπι εὐχαλήν νόον ἐτραπεν, ήν δέμας αἰψα  
Σταυρῷ σημῆνασα, ἀπὸ στομάτων δέ τ' ἀήττη  
Πέμψασ' ἐλέγχιστον θαρὺ δαιμονα ὕσεν ἀπ' οἴκου.  
Τυτθὸν δ' ἀμπνεύσασα ἀπὸ κλένου, ὥδ' ἀγόρευεν.

Vers. 475

A Quem metuit tellus, quo vindice turpiter olim  
Totius sobolis cecidit furor impius : Abræ  
Cui dilecta, boumque instar fuit hostia centum :  
Per quem dejectus Belus, serpensque pereiuptus ;  
Per quem etiam multa insignis pietate minister  
Edocuit cunctos Daniel tua Numina Persas ;  
Quique per unigenam Christum, recto ordine cuneta  
Disponens, terram replesti luce, novasque  
Mortua post obitum revocasti corpora in auras.  
Rex, oro, ne me illa sinas in crimina labi,  
Sed corpus sine labe meum inearis in omne  
Tempus, virgineique facem largire pudoris  
Ardentem, ut thalamos sponso comes addita Christo  
Invisam, pepigi quondam quæ fœdera servans.  
Gloria namque illi simul est, honor, atque potestas.  
B Has ubi virgo preces emiserat, illico dæmon  
Ausugit mœstus, fastu cogente pudorem,  
Et veniens stetit ante magum, frustraque puellam  
Quærenti, acutum quam duci jusserset illuc,  
Pauca refert : Et me quæ vidi signa potenter  
Vicerunt certe, nimium signa horrida cunetis,  
Queis est exsuperans, et nescia cedere virtus.  
Tunc alium, cui vis major, quemque omnia monstra  
Nigra oculis regemque timent, patremque, vocavit  
Dæmonia, Tuque, inquit, cessisti vilis, inersque?  
Ille autem audacter : Per me deducta puella  
Mox aderit, fac tantum animo sis ipse parato.  
Tunc Cyprianus ait : Quæso, mihi detege signum,  
Quod dein perficiens capies optata trophya.  
C Qui retulit : Primum quassabo febribus artus  
Virginis, inde dies ubi sexta advenerit, illam  
Attonitam noctu reddam, ducamque paratam.  
Nec plura. Intactam vilis stetit ante puellam,  
Alterius referens vestes, ac virginis ora,  
Conseditque toro, sicto sic ore locutus :  
Tecum ego ab Eoa veni regione prolecta,  
Virginitate fruens blanda ; me misit et ipse  
Christus, ut efficiar sic te perfecta magistra.  
Sed pro virgineo certantem, chara, pudore,  
Dic mihi, quæ maneant te præmia, quantaque mer-  
[ces].

Nam video gelidis tua membra simillima functis,  
Squallida vita tibi est, nec non pareissima mensa.  
Candida tunc contra virgo, Certaminis, inquit,  
D Exiguus labor est, merces tamen ampla sequetur.  
Impia sed meditans dæmon, Cum conjugé, dixit,  
Hanc certe virgo in latris fuit Eva viretis.  
Verum postremis thalamo conjuncta diebus  
Adam primigeni, natorum prodita mater,  
Inde omnem genuit proprio de semine gentem,  
Novit et omne bonum. Tunc jam, tunc virgo volebat  
Spiritui credens efferre e limine gressus.  
At lætus dæmon cursu prævertit euntem.  
Quæ simul infestas inimici comperit artes,  
Intenditque animum precibus, signoque salutis  
Membra tegens subito, spiransque ex ore furorem  
Multis affectum probris sede expulit hostem.  
Ast ubi mota parum requierunt pectora, dixit,

Aeterno grates, novi, morbusque recessit  
Ignens. Inde preces fundens, Tua munera, quæso,  
Clamabat, transfige tuo mea membra timore,  
Christe potens, nostrique tua de lege misertus,  
Ferre tuum semper fac glorier, optime, nomen.  
At magus abjecto redeuntem dæmona vultu,  
Et graviter mœstum, dictis objurgat acerbis :  
Tene etiam pulchræ aspectum timuisse pueræ ?  
Sed quæ illi virtus, cum videris ipse, fatere.  
Cui dæmon, Ne quære, inquit, ne scire labora.  
Qualia perspexi non possum dicere signa.  
Territus aufugi subito, timidusque recessi.  
Quod si scire tamen cupias, mihi dico magnum  
Ipse sacramentum. Quod dicam ? rettulit ille.  
Tunc dæmon, Jura per quæ mihi cumque potestas

Imperiumque datum. Simul hoc magus auribus hau-  
[sic],

Juravit nunquam se velle abscedere ab ipso.  
Tunc dæmon fidens : Extensi robore Christi  
Visa meis oculis trepidantem signa sugarunt :  
Quærerentique mago, num Christus fortior illo,  
Respondit : Dum vera loquar, tu percipe mente.  
Quæ nos hic gerimus, nostro deceptus ut astu  
Mortalis tristi subdatur criminis, cunctis  
Ista patent : vita sed æneum in illa, et adiuncum  
Est instrumentum quoddam, quod sistitur ardens  
In medio : tum si quis (homo, sive angelus ille  
Quid minimum peccet, mox nuntia turba per ipsum  
Ante thronum dueit suspensi robore Christi.  
Tunc Cyprianus ait, Procul esto, in fœdera Christi  
Festinare lubet (celeres nam diligo motus),  
Et cruce gaudentem, patiar ne talia, amare.  
Cui monstrum, Quæ mox jurasti maxima, dixit,  
Nunc violare paras ? At quæ tibi (rettulit ille),

Impie, juravi ? Per quæ mihi cunque potestas  
Imperiumque datum, respondit dæmon. At ille,

Nec te, nec tua facta, inquit, scelerate, pavescere.  
Nocte ista siquidem vera ex te noscere cuncta  
Virginis intactæ licuit per vota precesque,  
Terrificamque crucem : nullo nam robore polles.  
Nunc etiam, quibus imperium, te judice, magnum,  
Ipse meis ponam signacula fortia membris.  
Jamque tuus mihi sordet amor, tuaque ipse recuso  
Consilia. Ilæc fatus, Christo persolvit honores,  
Ejiciensque malum, procul hinc, procul aufuge,  
[dixit],

Nam Christum quæro. Subitoque nefarius ivit.  
Tunc magicæ libros Cyprianus colligit artis,  
Et juvenum validis intacti ad Nuninis ædem  
Dat gestare humeris, sequitur quos cominus ipse.  
Obvius inde pedes prosternitur ante sacras  
Præsulis Anthimii, sic illum voce precatus :  
Servus in æterni supremique agmine Christi

A 'Athanaτw χάριν, οἶδα, πυροῦσα δὲ νοῦσος ἀπέσθη.  
Εὔχομένη δ' ἔφατο· Χριστὲ κρατέων, γέρα σεῖο,  
Σῶμ' ἐμδν ἐκπερόνησον· ὑποτρόμεόν σε, φέριστε,  
Καὶ πάλι, σῇ μ' ἐλέαιρε Θεμιστύ· δός τε δὲ κῦδος  
Οὐνομα σὸν φορέειν. Κατηφέσιν δὲ μάλ' ἤλθεν  
Ἀντίθεος κατενῶπα μάγου τετιγμένος αἰνῶς  
Τὸν δέ τε Κυπριανὸς τότ' ὀνειδίσις βάλε μύθοις,  
Μή ἄρα καὶ τὸν νέτης ἐλικώπιδος ἔτρεσας ὅμμα;  
Ἄλλα γε λέξον ἴδων κούρης σύληνος οἴον ἔνεστιν.  
Ἐννεπε δ' ἀντίθεος· Μή μ' εἴρεο, μηδὲ μετάλλα.  
Οὐ δύναμ' ἔξερέειν σημήσιον οἴον ἔσειδον,  
Δεῖλαιος τρομέων δ' ἀναχασσάμενος φύγον αἴψα.  
Εἰ δὲ μαθεῖν ἔθέλεις, αὐτὸς μέγαν ὅρκον δμοσσον.  
Κυπριανὸς δ' ἀπάμειπτο καὶ εἴρετο· Ποιὸν δμόσιο  
'Ορκον; 'Ο δ' αὐτ' ἀπάμειπτο· 'Εμῶν μενέων κατὰ

[πάντων,

'Ωντερ ἔχω κρατέω τα. 'Ο δ' ὡς κλέψεν εὐθὺς ὅμοσσε,  
Μήποτε δὴ προλιπεῖν τὸν ἀγήνορα. Καὶ τότ' ἔειπε  
Θαρτῆεις· Χριστοῦ τανυσθέντος σκολοπῆϊ  
Σφρηγῖδα παπτήνας τρομέων φύγον. "Ος δὲ προσηύδα·  
Εἶπ' ἄγε μοι, κρείσσων γάρ ὑπάρχει σεῖο μάλ' αὐτός;  
Ἐννεπε δ' ἀντίπαλος· Κλῦε μευ, καὶ ἀληθέα λέξω.  
"Οσσα γάρ ἐνθάδε ὅμμες ἀλιτροσύντες ὑπὸ λυγρῆς  
Ρέξωμεν, μέροπάς τε βροτοὺς ἀπάτησι διδόντες,  
"Εστ' ἐπιεικτὸν ἀπασιν· ἀτὰρ βιοτὴν ἐς ἐκείνην  
Γναμπτὸν χαλκόσυπες πέλει δργανον, αὐτὸς πυρωθὲν  
Κεῖται ἐν μέσσοις· ἀτὰρ σχεδὸν ἦν τις ἀμάρτοι,  
"Αγγελος ἦτε βροτὸς, σὺν ταῦτῷ ἀγγελιῶται  
Χριστοῦ σταυροπαγοῦς ἐπὶ βήματος ὥκα φέρουσι.  
C Κυπριανὸς δ' ἀγόρευσεν· "Αγ' ἔκθορε· ἐς φιλίην γάρ  
"Ερχομαι ἀπτερέως, καὶ μοι τάχος ἀνδάν· ἐρῶ δὲ  
Σταυροχαρῆ ποθέειν, μήπως τλαίην τὰ ὅμοια.  
Εἰδεχθῆς δ' ἀπάμειπτο· 'Ομοσσάμενος μέγαν ὅρκον  
Παρβασίης δ' ἀλέγεις; 'Ο δ' ἀγείρετο· "Ἐννεπ', ἀλα-  
[στορ,

"Ορκια ποιά σοι ωμοσάμην νῦν αὐτός; 'Ο δ' εἶπεν

'Ἐς κρατεράς τὰς ἐμάς δυνάμεις. 'Απάμειπτο μάγος

[δὲ,

Οὖτε αδ, οὖτε τεὰ περιδείδια, ἔχθιτε, ἔργα.  
Νυκτὶ γάρ ἀτρεκίην τῇδ' ἔμμαθον ἐκ σέο πᾶσαν  
Εἶνεκα παρθενικῆς ἀράων ἀγνῶν τε λιτάων,  
Καὶ σταυροῦ σφεδανοῖο· σὺ γάρ μάλα ἐστι ἀναλκις.  
Τῷ νῦν ἐν ῥεόσσεσιν ἐμοῖς σφρηγῖδα κραταιήν  
Θήσω ἔγω, τὴνπερ τε μέγα κρείουσαν ἔειπες·

D Σὴν φιλίην δ' ἀθερίζω ἀπειπάμενος σέο βουλάς.  
"Ος δ' ὡς οὖν τάδ' ἔειπε, γέρας Χριστῷ πόρεν εὐθὺς,  
Δαιμονα δ' αἰγὸν ἔλατσεν, Ἀπέρχεο τηλόθι, λέξας,

Δίζημαι γάρ Χριστόν· 'Ο δ' αἰσχιστος κίεν αἴψα.  
Κυπριανὸς δὲ λαβὼν βίβλους μαγικὰς κατέθηκεν  
"Ωμοισι στιβαροῖς νέων ἀγέμεν ποτὶ οἴκον  
'Αχράντοιο Θεοῦ, καὶ δ' αὐτὸς ἐφέσπετο ταῖσδε.  
Πάρ ποσὶ δὲ προπάροιθε πεσὼν θείου ιερῆς  
'Ανθίμου (I) ἀντιόων, τάδε οἱ φάτο· 'Αθανάτοιο  
Οὐρανίου θεράπων στρατιῆ Χριστοῦ προβέβοιλα  
Vers. 224

(I) Cum in conversione Latina, quæ refertur  
tom. III Thesauri Nori Anecdotorum Martene, et

Durand. pag. 1621, utroque modo legatur, nos me-  
tri gratia pro Anthimo Anthimium reddidimus.

Βύθλω ἐγκαταλέξαι: ἐμὸν κέαρ. "Ος δὲ χολωθεὶς  
Ἐννεπέν οἱ, Κακότητα τεὴν ἀπέρυξθιν ὅπίσσω·  
Οῦ σοὶ γ' ἄρκιν ἔστιν ἀφ' ἡμέων ἔκτοθ' ἔσντα  
Ἐρδειν οἴα βέβουλας; ἀνακτορίων δέ τ' ἀλεύου·  
Καὶ γὰρ Παντομέδοντος ἀγήτητος πέλεις ἴσχυς.  
Κυπριανὸς δ' ἀπάμειπτο, Κἀγὼ φρεσὶν ἥσιν ἀν-

[έγνων,

'Ω; Χριστοῦ δύναμις κρατερὴ πέλει, τῇδε μεγίστῃ.  
Τῆδε γὰρ ἐν νυκτὶ καύρῃ σεπτῇ κατέπεμψα  
Δαίμονας ἀντιθέους, ὅππως ἀπάτης ἐνὶ δεσμοῖς  
Θηρήσωτι νόον κρατερόφρονος ἥθεοιο.

'Η δὲ μαθοῦσα νόω, εὐχῇ, σφρηγγίδι τε Χριστοῦ  
Νίκησε κρατερῶς. Νῦν δ' ἀνσχεο, καὶ δ' ἐλέγον,  
Αἰδόμενος δ' ἵκετην σέο, δέχνυσθο, φέρτατε φωτῶν,  
Βίθλους, ἔνθεν ἐγὼ κακὰ μυρία τεῦχον ἀλιτρὸς,  
Καὶ πυρὶ τάσδ' ἀμάθυνον, ἐμὴν ψυχὴν ἐλεαίρων.  
Πεισθεὶς δ' ἀρητὴρ βίθλους λάθε, φλέξει δὲ πάσας,  
Κείνον δ' εὐλογέων ἀγανοῖς μύθοις ἀπέπεμπε,  
Πυκνὰ παραιφάμενος στροφῆς Θεοῦ ἐγκαταδύνειν.  
Κυπριανὸς δ' ἀψιρρός ίών ἐδὺ ἐς δόμον αὔθις,  
'Ρέξας εὗτε κόνιν μορφὰς βρετέων ἀμενηνῶν,  
Πᾶσαν δὲ ζοφερὴν νύκτα πεπλήγετο σῶμα,  
Καὶ φάτο· Πῶς δ' ἀν ἐγὼ Χριστοῦ βλεψάροισι φα-

[νεῖην

Τόσσα κακὰ δέξας; πῶς δ' ἀν Θεὸν εὐλογέοιμι  
'Ημετέροις στομάτεσσι, δι' ᾧν ἑτέρους ἀθέριξα,  
Δαίμονας οὐλομένους ἐν ἐμοῖς καλέων στομάτεσσιν;  
Καὶ τέφρην κεδάσας κατὰ γῆν, Θεοῦ ἥτειν οἶκτον  
Συγαλέως κατὰ γαῖαν, ἐπεὶ τρόμειν μέγ' ἀδεῖαι.  
'Αλλ' ὅτε δὴ βοδόπηχυς ἐπήλυθεν ἀργέτις 'Ηώς  
Σαββατικῆς μεγάλης, τότε δὴ πέλε πᾶσι θαλεῖη.  
'Ω; δὲ καὶ αὐτὸς ἔβαινε Θεοῦ μεγάλοιο νέηλυς  
Σεπτὴν εἰς ἄγυριν, πωλεύμενος τρύχετο τοῖα·  
Δέσποτα, εἰ θεράπιων τεὸς ἀξιος ἔμπειν' δῖω,  
Δός με τεοῖς μεγάροιςιν ἴόντα γε μῦθον ἀκοῦσας  
'Εκ Γραφικῶν βίθλων εἰς αληθόνα εῦ μάλα ἐσθίην.  
"Ος δ' ὡς οὖν ἐπὶ βηλὸν ἔβη ναοῦ, ἔννεπε Δαβὶδ  
Δίος Ἱεσσιάδης, "Ορα, Κύδιμε, μηδὲ μεθήσῃς,  
"Ω κρατέων, μηδ' αὖ με λαθῶν τηλοῦ σέο τεύξῃς.  
Αὕτις δὲ προφάτωρ 'Ωσηὲ μέγας τάδ' ἔειπεν  
"Ἐνθους, Ε! δ' ἄγε μὴ πάτεις ἔσσεται. Λύτρο ὁ αὔθις  
Δαυΐδης ἀγόρευε, Ηρόστιχον δύματ' ἔμειο  
"Ορθρὸν φωτοφαῆ νυκτὸς ζοφερῆς ἐλατῆρα,  
"Οφρα γε θειοτέροις σέο βήμασιν ἔσπομαι αἰέν.  
"Ισαῖας δ' ἑτέρωθι, Φόδος σέο μήποτ' ἀπαύρη  
Θυμὸν, τέκνον ἐμοῖς, καὶ δύν φιλέω Ἰακώβην,  
"Ον πάντων κατέλεξα περικτιόνων πρόδον ἄλλων.  
Παῦλος δ' ὡδ' ἀγόρευε θεηγόρος, Λύτρος ἀνάσσων  
'Ημέας ἐπρίατο Χριστὸς δυσπεμφέλου ἀρῆς  
'Εκ προτέρης θέμιδος. Πάλι δ' ἔννεπεν ὥδ' ὑποφήτης  
Δαβὶδ ἀριστολύρης, Τίς δ' ἀν Θεοῦ ἐξερεεῖνοι  
'Αθανάτου δύναμιν, καὶ οὕτω πᾶσιν ἐνίσποι

"Γυμνοὺς Παντομέδοντος; "Ἐπειτα δὲ τεῦχος "Ανακτος  
Θειοτέρων ἐπέων, μετέπειτα δὲ ἀρητῆρος  
Παρφασίη· ἀτὰρ αἵτε κατηγήσεις λόγος ἀνδρῶν·  
"Ἐξετε ἐκ νησίο Θεοῦ βροτοὶ τριτέλεστοι.  
Κυπριανὸς δ' ἀγανὸς θώκοις ἔτι ἥστο σιωπῇ.

Vers. 279

PATROL. GR. LXXXV.

A Jam mea proposui conscribere corda libello.  
Iratus tunc ille, Tuam procul eripe, dixit,  
Nequitiam; longe a nobis quæcumque patrasti,  
Non tibi visa satis? Sacros ne accede penates;  
Namque invicta Dei virtus est cuncta regentis.  
Tunc Cyprianus ait. Nostræ quoque noscere menti

Sorte datum, quod magna Dei sit firmaque virtus.

Ipse etenim exacta venerandam nocte puellam  
Pluribus impetui monstris, si forte doloso  
Magnanimam illius captarent compede mentem.  
Sed precibus, validoque crucis signo omnia vicit  
Virgo potens animi. Nunc me tueare misertus,

B Atque meam miserans animam, da protinus igni.  
Credidit, et libros capiens exussit ad unum  
Antistes, tum fausta precans, illumque frequenter  
Templa Dei properare monens, placido ore remisit.  
Tunc proprias gressus referens Cyprianus ad aedes  
Vanaque contrivit divum simulacra, suumque  
Tota nocte gravi feriit sub verbere corpus,  
Hæc fatus: Christi ante oculos quo denique pacto

Tot seelerum reus accedam, nostroque Tonantis  
Ore canam laudes, reliquis quo damna paravi,  
Et tantum Stygias pestes in vota vocavi?

Hinc cinerem spargit, veniamque a Numine poscit  
Stratus humi tacitusque, timet nam tollere vocem.

C Candida jamque aderat roscis Aurora lacertis,  
Magna resurgentis referens solemnia Christi,  
Cum magni simul ipse Dei novus assecula venit  
In sacrum coetum, doctusque ita voce precatus:  
Si, Deus omnipotens, mereor tuus esse minister,  
Da, precor, ex sacris librīs tua templo petentem  
Accipere auguriis oracula plena secundis.

Ast ubi prima sacri ventum est ad limina templi,  
Isacides ait: Omnipotens, me respice, neū me  
Destituas, latitansque tuo procul ore repellas.  
Tum magnus, sacroque afflatus numine vates  
Oseas: Agedum, servus jam non erit, inquit.  
Atque iterum David: Mea lumen matutinum  
Prævenere jubar, quo noctis opaca fugantur,  
Ut divina sequar tempus tua dicta per omne.

D Ast alibi Esaias, Animum non auferat, inquit,  
Formido, mi nate, tuum, et quem diligo Jacob,  
Finitimisque ducem selegi ex omnibus unum.  
Divinus sic Paulus ait: Nos ipse prioris  
Rex Christus solvit maledicto legis acerbo.  
Rursus et ipse Dei interpres, eitharæque peritus  
Concinit Isacides: Æterni robora Regis  
Quis canat, atque aures hominum quis cuncta re-

[gentis

Carminibus repleat? Tum post recitata supremi  
Carmina sacra Dei, nec non de more peractos  
Presbyteri monitus, vox est audita virorum:  
Noctum perfecti divino abscedite templo.  
Ast humilis Cyprianus adhuc cum scamna teneret

Ore silens, quidam, Saeris te proripe tectis,  
 Nuntius Asterius dixit. Cyprianus at illi,  
 Mene exire jubes extensi robore Christi  
 Servitio addictum? Sed nondum, retulit ille,  
 Perfecta summo famularis mente Tonanti.  
 Cui Cyprianus ait: Vivit Deus omne per ævum,  
 Daemonas opprobrio dignos qui prodidit unus,  
 Atque meam miserans animam, servavit iustum,  
 Haud mihi fas efferre isto de limine gressum,  
 Ni prius alma fides Christi me reddit alumnus.  
 Haec simul ædituus didicit, celer omnia sacro  
 Nuntiat Anthimio. Cyprianum hic advocat, utque  
 Par erat, austero multa ore profatur ad illum,  
 Quæ fecit quærens; tum fundens vota parumper,  
 Quæ Dens in mundo gessit, cuncta ordine pandit,  
 Lustravitque virum sacra baptismatis unda.  
 Octavoque die sacros perlegit in aede  
 Libros Christiloquos: viginti et quinque peractis  
 Iste pusillus adhuc saeris minimusque dicatus  
 Ordinibus, portasque habuit, curamque sacrorum.  
 Quinquagena dies ubi venerat, illico munus  
 Exercere suum dignus fuit; inde potenter  
 Spirituum domuit tetras vilesque phalanges,  
 Humanoque graves pepulit de corpore morbos,  
 Atque adeo Christi multos in ovile reduxit,  
 Qui cæcam vanamque fidem renuere deorum.  
 Jamque anno vertente parem Cyprianus adeptus  
 Presbyteri sedem; spatiumque decenne ministri  
 Munere defungens solo senioris adhæsit.  
 Tunc bonus Anthimus præsul, vereque beatus  
 Omnes finitima accitos regione caegit  
 Presbyteros, Christique choro digna omnia fatus,  
 Vixus adhuc, propriae Cypriano sedis honorem  
 Sponte dedit: tum regna petens cœlestia, sancto,  
 Cujuſ erat custos, homini commisit ovile.  
 Hinc divina regens Cyprianus templa pueram  
 Excepit, sacroque Ministræ ornavit honore,  
 Et veteri Justæ mutato nomine, dixit  
 Justinam intactam, cunctisque præsesse tenellis  
 Ancillis voluit Christo famulantibus unam.  
 Tum multos etiam, queis vana insederat alta  
 Mente supersticio, Christi servavit amore  
 Succensos, multumque ferens in ovile reduxit  
 Supremi, cui semper honos et gloria, Regis.

A 'Αστέριος δέ τις ἦε διάκτορος, ὃς φάτο τῷδε,  
 'Εξιθι κοιρανίων μεγάρων. Τὸν δ' ἀψὲ ἀπάμειπτο,  
 Σταυροπαγοῦς Χριστοῦ θεράπων πέλω, ἐκτοθι δ' αὗτος  
 Σεύεις; Τῷ δ' ἐνένειπε διάκτορος, 'Ἄλλ' ἔτι σύ γε  
 Οὐ πλήρης τελέθεις δοῦλος κρατεροῖς Θεοῖς.  
 Αὔτος δ' αὗτος ἔειπε, Θεὸς ζωὴς πέλει αἰὲν,  
 'Οστις ἐλεγχίστους κακοδικίμονας οἵος ἔδειξε,  
 Σῶσε δὲ παρθενικὴν, καὶ ἡμήν κραδίην ἐλεῖρας.  
 'Ἐκτοθι τῶνδε δόμων οὖ μοι θέμις ἔστιν ἴκεσθαι,  
 Εἰ μὴ πίστεως ἐντὸς ἐγὼ Χριστοῖς γενοίμην.  
 Ταῦτα μαθὼν δὲ Θεοῦ ζάκορος τάχος ἥλθοι ἵερη  
 Ἀγγέλλων. Ο δ' ἐπειτα καλέσσατο, ως δ' ἐπεψήσει  
 Κυπριανῷ πολέας καὶ ἀταρτηροὺς φάτο μύθους,  
 Εἰρωτῶν ὅστ' ἔργαν· ἀτὰρ τόσον εὐξάμενός γε  
 'Ἐργα Θεοῖς δόνητεν, ὅσα περὶ κόσμον ἔτευξε,  
 B Καὶ τότε δὴ θείοις λοετροῖς ἀγνὸν ἔτευξε.  
 'Πότι δ' ὁγδοάτῃ γέντις αἰπυθοής πολυσέπτων  
 Βίβλων Χριστοφάτων· ἀτὰρ εἰκάδι πεμπταίη τε  
 Μείων τυτθότερός τε διακτορίης τετέλεστο,  
 Καὶ θυρεῶνας ἔχειν σεπτῆς ἄμα μυστιπολεῖης.  
 'Ηματα πεντήκοντα δ' ὅτ' ἥλυθεν, ἀξιος αἰψία  
 Γέντο διακτορίης· ἀτὰρ κρατερῶς ἐδάμαζεν  
 'Αντιθέων γε φάλαγγας ἀναιδήτων ἀπαλάμνων,  
 Καὶ νούσους στυγεράς μελέων ἀποτίλαεν ἀνδρῶν,  
 'Ηδη καὶ πολέας Χριστοῦ ἐς πώσου ἦγεν  
 Εἰδώλων κακόπιστον ἀναινομένων ἀλάωσιν.  
 'Άλλ' ὅτε λυκάνας τέλος Ἑλλαθεν, Ἑλλαχεὶ θῶκον  
 'Αρητῆρος ἴσσον· δέκα δ' ἔξειης ἐνιαυτοὺς  
 Μίμνεσκεν διέπων κλιτιμὸν τότε δημογέροντος.  
 Καὶ τότε δὴ μακαριστὸς ἐπίτικοπος "Ἄγθιμος τῆς  
 C 'Ιρηας κίκλησκε περικτίονας ἄμα πάντας,  
 Λέξας δ' ὅστ' ἀγορῇ Χριστοῦ πέλεν αἴσιμα πάντα,  
 Εἰσέτι κόσμον ὄρῶν κλισίην πόρες Κυπριανῷ γε·  
 Αὔταρ δὴ μετὰ βαῖδην ἐς οὐρανὸν "Άγθιμος ἐλθὼν,  
 Ποίμνην, ἦς πρόμις ἦεν ἀγαυῷ πάρθετο φωτί.  
 Αὔταρ ὁ Κυπριανὸς διέπων Θεοῦ ἀγλαὸν οἶκον  
 Παρθενικὴν ὑπέδεκτο διακτορίῃ φι γερήρας,  
 Οὐδέτι μιν καλέσσειν Ιούσταν, ἀλλ' ὀνόμηνεν  
 'Ιουστίναν ἄμωμὸν, βλων δέ τε μητέρα θῆκεν  
 Κούραων ἀταλῶν Χριστοῦ μεγάλου θεραπαινῶν.  
 Πολλοὺς δ' ἐκσώσας δυσπειθέας αἰνοσιθρήσκους,  
 Παρφάμενος Χριστὸν ποθέειν, μογέων ἐκδμιζεν  
 Εἰς ἀγέλην Μεδέοντος, ὃς αἰὲν ἔχει γέρας. Ἀμήν.  
 Vers. 522

# ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΠΡΙΑΝΟΥ

## ΒΙΒΛΟΣ ΔΕΥΤΕΡΗ.

### DE S. CYPRIANO LIBER SECUNDUS.

"Οσσοις (1) δὴ Χριστοῦ πολυμνήτοι μέμηλε  
 Πίστις μυστικόλος, θαλεροῖς ἐμέθεν δακρύοισιν  
 Λεύσατε, ὅπα μάθητε πόθεν τόσον ἔστι μοι ἄλγος,  
 Καὶ σάφα οἰδ' ὅτι ἴστε· ἀληθέα μυθέομαι γάρ.  
 "Ηδ' ὅσσοι τέρπεσθε ἀειχέσιν εἰδώλοισιν,  
 Πιεύθεσθι· ἔξενέπω γάρ ἔγῶν ἀπατήλια τῶνδε.  
 Οὐδὲ γάρ, οὐδὲ ἔτερός τις ἐν ἀνθρώποισιν ἔμοιο  
 "Ἐπλετο δύσθρησκος, καὶ δαιμοσιν ὡμάρτησεν,  
 Οὗτε δὲ μαψιδίων εἰδώλων ἔσκεν δπηδός,  
 Οὕθ' οὐερ εἰσὶ μαθεῖν, οὔτ' αὖ μένος ἔστιν ἔκεινοις.  
 Οὗτος ἔκεινος ἔψυν Κυπριανὸς, ὃν ποτε χοῦρον  
 Τημέτεροι τοκέες δῶρον δέσαν Ἀπόλλωνι.  
 Εἰσέτι νηπίαχος δέ τ' ἐὼν μάθον δργια θηρὸς  
 Νηδυπόροιο δράχοντος· ἔτος δ' ἐπὶ ἔβδομον ἐλθὼν  
 Μιθραῖω Φαέθοντι πάλιν μετέπειτα τελέσθην,  
 "Φκεον εὐγενέων δέ τ' Ἀθηναίων πόλιν αἰπήν,  
 Καὶ ναέτης γενόμην δὲ, ἐπεὶ τόδε ἥνδαν' ἐμεῖο  
 Πατράσιν, οἷ μ' ἔτεχον· δεκάτῳ δ' ἐπιβὰς λυκάβαντι  
 Δηροὶ δᾶδας ἀνῆψα, κόρης δ' ἀργεννὸν ὑπέστην  
 Ηένθος· Ἀθηναῖης δ' ἥτις πόλιν ἔστιν ἐς ἄκρην  
 "Ρέξα δραχοντείους τελετάς· ζάκορος δὲ τελεσθεὶς  
 "Ηλθον ἐς Οὐλύμποιο νάπος, τόγε δὴ καλέουσιν  
 Αγνῶτες μακάρων ἀμενηνῶν εἶναι ἔδειλον.  
 "Ἐνθα τινῶν ἐπέων ἥχον, καὶ δοῦπον ἄκουουν·  
 Λεῦσα πόλις πρέμνους τε, δσον θαυμῆσαι δπωπήν,  
 "Ασπερ ἐπεσκόπεόν γε μάτην κακοδαίμονες αἴνοι.  
 "Ἐνθ' ὥρας κατίδον, καὶ ἀμειβομένους δέ τ' ἀήτας,  
 Αὔτως δ' ἡματα πολλὰ, τόπερ τιγές ἔρδον ἀνιγροῖ  
 Φαντασίην τεύχοντες ἀπηνέες ἀντιπάλαμνοι·  
 Καὶ χορὸν εἰσιδόμην μέγ' ἀναιδέα μελπομένων γε,  
 "Άλλους δ' αὖτ' ἐς ὅμιλον ἀργῆα ἔργα τελεῦντας,  
 "Άλλων δ' αὖτε λόχους, καὶ κέρτομα ἥθεα εἰδον,  
 "Ηδέ τε ἀτυζομένους· Ἐνθ' ἔδραχον δσα θεάων  
 Καὶ μακάρων στίφη· αὐτοῦ γάρ ἔμιμνον ἔγωγε  
 "Ηματα τεσταράχοντα, καὶ ἀλλ' ἐπὶ τοῖσι δέ τ' ὄχτω.  
 "Ἐνθεν δὴ στέλλονται ἄτ' ἐκ κρατερῶν βασιλείων  
 Ήγεύματα ἡερόφοιτα ποτὶ χθόνα ἔθνεα πάντα

Vers. 37

(1) In hujus secundi Libri versione adornanda ita nos gessimus, ut lectionem codicis secuti, ab ea quoque, quoad fieri potuit, non discesserimus, quam exhibet S. Cypriani Confessio Graece-Latine edita in fine ejus Operum edit. Paris. A. mcccxxvi, fol. pag. 295, sqq. cum vel ipsam, vel ei quam simillimam prae manibus habuisse Endocia, dum

**A** O quibus est multo celebrati carmine Christi  
 Sacra Fides curæ, lacrymas quas fundo recentes  
 Cernite, ne tanti lateat vos causa doloris :  
 Cuncta licet (nam vera loquor) scio cognita vobis.  
 Quotquot et idolis animum oblectatis inquis,  
 Accipite, ipsorum referam quas carmine fraudes.  
 Haud eterum, haud homines inter fuit alter inani  
 Relligione magis captus, vel vana secutus  
 Fictorum simulaera deum, vel qualis in illis,  
 Quantaque vis, vero potuit comprehendere sensu.  
 Sum Cyprianus ego, quem pæne in luminis auras  
 Emissum Phœbo donum vovere parentes.  
 Inde puerus adhuc, didici saera tetra draconis  
 Nedypori : tum me, vix septima vertitur æstas,  
 Mithræo rursus Phœbo post talia sacrum  
**B** Nobilis excipiunt sublimes Palladis arces,  
 Civibus annumerantque suis : ita namque parentes,  
 Unde satus, voluere mei : Cererique decennis  
 Accendi tædas, et luctum virginis album  
 Sustinui : atque alta residentis in urbe peregi  
 Palladis anguineos ritus : et munus adeptus  
 Aeditui, vanos perhibent ubi degere divos  
 Ignaræ gentes, concendi culmen Olympi.  
 Verborum hic sonitus audivi, et murmura quædam ;  
 Graminaque truncosque, oculis mira omnia, vidi,  
 Dæmones incassum quæ servant omnia turpes.  
 Hic horas, ventosque sibi ordine succedentes  
 Inspexi, variosque dies, queis nempe maligni  
 Immanesque hostes falsa sub imagine mentem  
 Ludificant. Cœtum hic lasciva voce canentum,  
**C** Miscentesque aliquos inter se prælia vidi,  
 Quique dolis gaudent, quique in convicia proni,  
 Quique metus miscent : hic et quascunque dearum  
 Aspexi, divumque acies : ibi namque moratus,  
 Dum bissema quater Phœbi lux orbe refluit.  
 Hinc velut e quadam mittuntur regia in orbem  
 Spiritum aeris turmæ, ut mortalibus ægris

Poema conficeret, censenda sit : ita ntrumque Opus conferenti convenire inter se omnia, paucis exceptis, videntur. Ex hac igitur Confessione nonnulla interdum loca afferimus, ut interpretationem nostram quorundam versuum, qui alium fortasse sensum præferre prima fronte videantur, probare possimus.

Injiciant quæcumque velint indigua malorum.  
Tunc mihi erant teneræ plantarum fercula frondes  
Sole sub occiduo. Necdum tria lustra peregi,  
Cum vim spirituumque omnem, divumque docebat  
A mystis septem, queis turpia sacra patetebant,  
Quotquot et illicitum spectent ad dæmona curæ.  
Scilicet optabant me discere cuncta parentes,  
Quæ tellus, atque aura capit, pelagusque profundum :  
Nec tantum quæcumque hominum corruptio gignit,  
